



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IX. Inualidas esse haereticorum ordinationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

siastica negotia fideliter pertractanda, regulares quosdam ad legendas leges, & confectiones physicas ponderandas, de castris suis educit. Vnde hac sub scientia spirituales viri mundanis rursus actionibus circumdantur, & in interioribus eo ipso deficient, ex quo se alios putant in exterioribus proficere. De praesenti assensu huic malo obuiantes, statuimus, vt nullus omnino post votum religionis, post factam in aliquo religioso loco professionem, ad physicam, legesve mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierit, ac ad claustrum suum infra duorum mensium spatium non redierit: ab omnibus euitetur, & in nulla causa, si patrocinium praestare praesumpserit, aut tentauerit, audiatur. Reuersus autem ad claustrum, in choro, capitulo, & mensa vltimus fratrum semper existat: & nisi ex permissione forsan sedis apostolicae, totius spem promotionis amittat.

I X.

Ad haec, ordinationes factas ab Octauiano, & aliis schismaticis, & haereticis, euacuamus, & irritas omnes esse dicimus, & decernimus.

Deest decimus Canon, qui descriptus habetur Extrau. de poenis capite quarto. Haecenus eiusdem Turonensis Concilii Canones. Leguntur iidem fere omnes apud Vvilielmum Neubrigensem, sed inuerso ordine.

Neubrig.
lib. 2. c. 15.

N O T A.

Schismatici
excommu-
nicantur.

* *Concilium.*] De hac Synodo Sigeberti continuator: *In octauis pentecostes*, ait, *Alexander papa, tenuit Concilium Turonis, in quo excommunicauit Octavianum cum aliis schismaticis & complicibus suis.* Ioannes Tyrius in chronico de regibus Francorum, anno 1164. qui est 27. Ludouici iunioris, ait: *Concilium Turonense sub Alexandro papa habitum est, quo acta Papiensis Concilii, in quo Victor & Fredericus praesuerant, damnata fuerunt.* Octo illi Canones qui in appendice oecumenici Concilii Lateranensis XI. infra collocata, sub titulo